
466

A. IV.

* A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA KÖNYVTÁRA *

MIKROFILMTÁR



* BIBLIOTHECA ACADEMIAE SCIENTIARUM HUNGARICAE *

BUDAPEST

1959

FOTO: SZ. É.



MTA KÖNYVTÁRA
KÉZIRATTÁR

DISZMŰVEK 163.

PERCZEL, STEPHANUM
INDEX ALPHABETICUS ... COMPILLATUS PER —. QUINQUE ECCLESIIS 1832.
KÉZIRAT. 8-r. 180 lev.

Jogt.
Ibtalán.

8-r.
Dismüvek 163.

8. 22

Index Alphabeticus

et in quantum fere poterat etiam Chronologicus Legum

Publico Politicarum maxime momentosarum

Inclytum Regnum Hungariae concernentium

Compillatus per

Juniorem Stephanum Percsell de Bonyhád

J. Comitatus Baranya Vice-Notarium.

Quinque Ecclesiis 1832.

Vett Siskovics Könyvárából 4-r. 180 lev. Vörz

M. AKADÉMIA KÖNYV-TÁRA



Jogt.
Allalinn.
8-x.8.12.

183

SISKOVICS
KÖNYVTÁRA

Index

Alphabeticus et in quantum
fieri poterat etiam Chronologicus,
Legum Publico-Politicarum, ma-
xime momentosarum Inclytum
Regnum Hungariae concernen-
tium.

Compillatus per
Seniorem Stephanum Perczel
de Bonyhád
& I. Comitatus Baranya Vice-
Notarium.
Quinque-Ecclesiis 1832.

Die Natur will unwiderstehlich, daß das Recht zuletzt die Obergewalt behalte. Was man nun hier verabsäumt zu thun, das macht sich zuletzt selbst, obschon mit viel ungemächlichkeit. —

Kant.

M.T. ACADEMY Library 1201

Omne Regnum in se divisum desolabitur, et domus supra domum cadet.

Lucae 11. 17.

Pour régner avec sureté, il y a necessaire pour les rois de s' identifier avec leurs peuples

Dest. Jus. de l'Europe

Vis Imperii omnis in Consensu obsequentium est.

T. Liv.

Fallitur, egregio, quisquis sub Principe credit servitium; nunquam libertas gratior exstat, quam sub Rege pio. –

Claudian

Achtung und Ehrfurcht für die Gesettze ist nur die einzig sichere

M. T. AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

sichere Grundlage aller bürgerlichen Tugenden, die wichtigste Garantie der Sicherheit und Ordnung im Staat.

Miscellanen v. J. A. S.

Ablegati

Sint possessionati 1625: 62. absentium quoque Magnatum. ibidem et 67.

Magnatum Ablegatus, nonnisi duorum pauperiorum, vel eorundem Viduarum in legationibus vices gerere potest. 1687: 57.

Usque conclusionem Diaetae sub poena legali interesse tenentur 1723: 75 § 7.

Academia.

M.T. AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

Academia Hungarica

erigitur 1827: II et oblationes fiunt ibidem 12.

Acatholici

Vide Religionis exercitium.

Advocati

A fusis et frivolis allegationibus abstineant, de quotta litis non conveniant, et honoraria eorundem per Judices conscientiose limitentur 1723: 38, — 1792: 16 § 4.

inde a 1ma Januarii 1834 computando, nemo ad Censuram advocatialem admittatur, qui linguam Hungaricam debite non noscit 1830: 8.

Advocatus colludens incurrit poenam Aucuarii 1567: 27. vide etiam IIae: 30.

Annonaria Officia.

consuetam in qualibet Jurisdictione ratam molarem prs commolitione Cerarialium frugum prq, stare tenentur 1827: 25.

Archivum

M.T. AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

Archivum Regni

coordinetur et instituatur ad interim Posonii, ad quod omnia Acta Statum Jubilicum Regni tangentia reponantur, ubicunque in Regno reperibilia inducantur, quin imo et Litteralia Instrumenta privatorum propria, inibi reponere, volentium acceptentur, et cum Publicis actis conserventur ac petentibus Successoribus extradentur 1723: A5. vide Litteralia Instrumenta.

Armales

Armales & Armalistae ratione litteralium Armalium, condignam habebit Sua Maiestas rationem eorum, qui ex bene meritis commendabuntur et digni videbuntur 1609: 33.-

Rustici, Armales non consequantur, nisi eorum Domini terrestres ipsos recommendaverint,- Militarium tamen et virtuosorum ac litterali scientia praeditorum, ad sufficientem nempe Commendationem Consiliariorum

REGNI HUNGARIAE TABULARIUM

rum, vel Comitatus ratio semper
condigna habenda 1622: 17 -
1630: 30 - 1649: 15 § 1.

Armales insolitis clausulis
non expediantur 1741: 19.

Esse in aliis Comitatibus §. et
non in illis, ubi resident. / publi=
cantibus; impetratae Litterae Ar=
males ne suffragentur 1655: 36.

Per solas Armales, extranei,
Hungari non fiunt, licet in Re=
gno resideant 1630: 30.

Assessores

Assessores

e potioribus Nobilibus deligan=
tur, iique Sedriis intersint, et ex=
tra hos nullus vocem habeat in
revisione Causarum 1613: 24.

Assessores ad Judicia per V. Co=
mites vocentur 1595: 36.

Aurum

Vide Jodinae et Ferrum.

Abbas.

Vide Ecclesiastici.

Banderia

Qui debent tenere vide Ulad. II^di
Decr.

M.T. AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

Decr. III. 1498: 15, 20, 21, 22. 1500: 21. 1504: 24. 1507: 6. 1715: S. Colomanni Regis Dec. Lib I^mi Cap. 40. vide etiam Andreae II^di bullam auream Anni 1222: 3.

Rex more praedecessorum suorum banderia parata habere; et ad Confinia, pro Regni tutela, mittere dignetur 1523: 18, 1537: 20. – ratione bonorum, quae regi, nalis Maiestas possidet in Hunga, ria, banderia alat 1545: 16. –

Quoad

Quoad Banderia et Insurectio=
nem sequentes leges sunt perscru=
tandae:

L. I^a: 9. – S. Steph. Lib. I. cap. 7 § 5. Lib. II. cap. 21. 33. –

S. Ladis. Dec. III. cap. 10.

Colomanni Lib. I. cap. 35. 40. –
1222: 7. – 1342: § 19. – 1435 pra=
fat. et Art. 1. 2, 3. 4. 7. 8. –
1439: 1. 3. – 1446: 5. – 1454: 2.
3. 4. 5. 6. 7. 8. 13. – 1458: 2.
12. – 1471: 7. 16. – 1478: 3. –
1486: 31. 61. – 1492: 3. 18. 19.

AKADÉMIAI KÖNYVTÁR

20. 23.– 1498: 8. 10. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21.–
1500: 21. 22.– 1504: 24.– 1507: 6.– 1514: 57.– 1518: 1. 2. 6. 17. 21. 36.– 1520: 8. 9.– 1522: 54. 1523: 19. 20.– 1525: 12. 13. 16. 41.– 1526: 8. 10. 27. 30.– 1528: 1. 8.– 1536: 25.– 1537: 9. 10. 20.– 1538: 4.– 1542: 18. 19. 20. 21. 33.– 1543: 2. 4. 13. 23.– 1545: 5. 6. 7. 8. 16. 17. 26. 32.– 1546: 5. 27.– 1547: 7. 17.– 1548: 19.– 1552: 25.– 1553: 4.– 1555: 4. 5. 6.– 1556: 22.–
1557.

1557: 3.– 1559: 14.– 1563: 14. 18. 19.– 1566: 15.– 1567: 2. 20. 21.– 1569: 22. 26. 59.– 1574: 10. 11. 12.– 1575: 10. 11.– 1578: 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13.– 1582: 2.– 1588: 45. 1593: 16.– 1595: 38. 50.– 1596: 5. 6. 11.– 1597: 7.– 1599: 27.– 1600: 4.– 1601: 2. 11.– 1602: 2. 9. 1603: 3.– 1604: 2.– 1609: 12. et 65 post coron.– 1622: 21. 22. 52. 72.– 1625: 59.– 1635: 88.– 1638: 15.– 1647: 25.– 1649: 3.– 1655: 9. 5.– 1659: 7. 28.– 1662: 5. 8. 9. 10. 11.–

ГАРДОВА АКАДЕМІЯ ТДА

ii. – 1681: 10 et 46. – 47. – 1687: 12. 1715: 8. 69. – 1723: 6 – 1741: 63. 1790: 67. – 1805: 1. 2. – 1808: 2. 4. 5. ii. – vide etiam Diarium Comitiorum Anni 1808ⁱⁱ Sessio 9. pagina 112. et sequent. 125. et 248. –

Banus.

Nisi Palatinus, Banus, et Judex Curiae duo Officia tenere possunt 1498: 70. –

Banalis Authoritas restituenda, – omnibus Praefectis immediate

diate post Suam Serenitatem, a modo deinceps plena, et omnimoda, ac vetusta authoritate praesit, in bellio mutuam cum Sua Serenitate habeat Correspondentiam, – ad Commendationem Bani Praefecturae Confiniorum per Suam Serenitatem indigenis conferantur, et ut Dominus Palatinus, pro Officii sui exigentia, cum praescitu Suae Maiestatis, vias, et rationes, quo potuerit opportuniores, et meliores exquirat, quibus promissa

missa ad effectum deduci queant;
Regnicolae statuunt 1609: 27.-
1630: 25.- 1635: 31. 32. 34.- 1638:
32.- 1687: 22.- 1715: 114.- 1723:
87.- 1729: 20.- 1741: 47.-
Bani fixa residentia determi,
natur in Regno sibi concredito
et 47: 1741 semper observan=
dus confirmatur per 1764 $\frac{5}{5}$: 34.
Supremus est Capitaneus in
Croatia, Sclavonia et Dalmatia
sensu Conditionis 8va Diplomatis
Regii 1638;- 1551: 1- 1687: 1- 1741: 9.

Barones

Barones

Veri, quorum ab antiquo Nomi=
na Decretis, et Litteris Confirmationa=
libus Regiis inseri consueverunt,
sunt; Palatinus, Judex Curiae, Ba=
nus, Vajvoda Transylvanus, Sicu=
lorum Comes, Banus Zewrinien=
sis, Javernicorum, Janitorum,
Pincernarum, Dapiferorum, A=
gazonum regalium et reginali=
um Magistri, nec non Comes Po=
soniensis et Temesiensis Ius: 94.
item Capitaneus Turmae Prætoria=

nae

nae 1764: 6.

Barones et Praelati, duas dignitates, honores Baronatus scili, cet Saeculares et Ecclesiasticas simul tenere non valent Albert. Decr. 1439: 8.

Baronatuum officia non exteris sed Ungaris conferantur 1552: 42. –

Camera Regia

Controversiae in rebus ac negotiis proventus regios concernentes; non per Cameram Aulicam; sed per Cameram Hungaricam discutiantur et finiantur 1553: 20 § 4.

Camera Hungarica ab Aulica non dependet, neque eius Officiales excedentes per hanc, sed per Consiliarios Hungaros puniantur, neque Camerae Aulicae obedire tenentur 1554: 11.

Camerales Praefecti et Officiales; Civitates Lib. Reg. in ipsorum Juribus non turbent 1618: 27 § 2. –

Camerae Hungaricae independentia declaratur 1601: 5. 1609: 21. — 1622: 18. 1647: 146. 1655: 11. 1681:

KÖNYV TÁRA

13. 1715: 18.

Judicatus eiusdem quoad Tricesimarum defraudatores, quoad solas merces prohibitas, item Contrabandas, et casus, tamquam in Articulo 17: 1609 expressos, secundum Commissionalem Anni 1659ti decisionem, in suo Continuo usu relinquitur 1715: 15 §3. vide etiam 1723: 13§3.

Officiales Camerales ab omnibus excessibus abstineant 1647: 83. 1715: 56.-

Camera Hungarico aulica instructionem ad normam 38: 1569- et 18: 1715 accipiat,- bonorum item et proventuum regiorum exarendationes, quemadmodum ab arbitrio Regiae Maiestatis dependent; ita Nationalium, hoc in passu specialis habeatur ratio 1723: 16.

Camerales Arendatores Legibus Regni subsunt 1723: 76. 91. et 1729: 9.-

Officiales Camerales sint Hungari 1792: 8§3.

Camerae Hungaricae Activitas in Contrabandis Salis exterijs Sigismund.

M. TUDOMÁNYOS AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

gismund. Decr. 2:20. et 3:8- 1764:
9-1548:29-1741:14- visitationes
in praesentia Judicum fiant iuxta
1715:13. Judicatum tamen leges
patriae quoad birsagia Camerae
nullibi deferunt.-

Camera ad Juridica Civitatum
Montanisticarum negotia se non
immittat, nec vicem Juris ullate-
nus turbet 1741:37.

Camerales Officiales in perso-
nalibus, et rebus eosdem privato
jure concernentibus, nec secus et in
casibus

Casibus Violentiarum, Legibus pa-
triis et poenis subesse innuit 1723:
57.

Camera Regia Hungarica in su-
a Activitate legali conservetur, re-
praesentationes suas directe Maie-
stati Regiae submittat, et desuper
rescripta regia duntaxat ex Au-
la recipiat,- ac porro omnia, quae
Aerarium regium respiciunt, ac
per Consequens etiam res Salis
ac Montanisticae eidem Camerae
subordinantur 1741:14. vide etiam
Resolutionem

M. TUD. AKADÉMIA KÖNYV-TÁRA

Resolutionem Regiam Anno 1807 dto 5ae Septembris ad S. et O. dietaliter congregatos hoc in merito demissam, qua mediante Activitas Tavernicorum Regalium Majestri salva, Montanae vero res, Camerae Hungarico Aulicae subordinata esse declaratur. vide Lucrum Camerae.

Cancellaria Regia.

Cancellarius Regius curet universas litteras regias ita extrodare, ut unas contra alias /: prout hactenus

tenus fuit consuetum :/ contra Regni consuetudinem nemini dare debeat 1526: 24.

Cancellariae Authoritas conservetur 1608: q. 10 ante coron. 1609: 21 § 2 - 1613: 25 - 1618: 8 post coron. - 1622: 17 - 1630: 29.

Authoritas eiusdem iuxta q. 10: 1608 ante cor. - nec non conditionem 3tiam Diplomatis Ferdinandi 3tii sarta tectaque maneat, ac universae expeditiones Suae quoque Majestatis per Cancellarium pro resolutione

lutione proponantur 1638:16 post cor-
confer tamen cum 1569:38 et 1741:13.

Dicasteria ad observandas Patriæ
Leges jurent 1790:18.

Illegalia et Constitutioni adver-
sa mandata non expediat 1543:31-
1613:34-1625:5-1635:12-1790:12.-

Juridica obiecta ad Sphaeram et
politicam pertractionem pertrahi
non possunt 1741:13-1566:25-
1647:137.

Cancellaria consistentia defi-
nitur 1609:21-1622:17.

Castra

Castra

Regis et Regni etiam finitima et
Sclavoniae, Croatiae, Dalmatiae ac
Transylvaniae; ad conservandum Un-
garis et non forensibus collocentur
Math. I^me Decr. III^tii 1471:6. vide Mi-
litia.

Cehae.

Episfices evangelici et in Cehis con-
stituti ad Cerimonias Religioni i-
psorum contrarias non compellan-
tur 1647:852.

Cehae Comitatensibus limita-
tionibus

tionibus semet non opponant, in Contubernium vero socios suscipiant, quin ipsos nimium taxent, et Contravenientes, Magistratus sensu etiam Articuli 71: 1659 corrigat 1715: 79.

Cehae, filiales Cehas per communicationem Privilegiorum adire non audeant, - neve taxas Occasione receptionis nimium elevare praesummant, - et Nationalistas admittere tenentur, secus facturi Consilio regio indagati, et Suae Maiestati

statui repraesentati; sive per abrogationem Cehalium Privilegiorum, aut vero alia modalitate pro exigentia Articuli 74: 1723 tollentur 1729: 10.

Quoad Ceharum excessus Art. 79: 1715 renovatur, - item neque Servitores Dominorum, opificia pro privata duntaxat Dominorum susrum necessitate, in Lib. Regiisque Civitatibus aut regiis etiam Oppidis exercentes, per Cehales opifices in huiusmodi exercitiis sub poena violentiae

Violentiae turbari possunt 1723:
74 § 2. 3.

Charum privilegia Rex, pro
exigentia necessitatis circumscribere,
tollere, et abrogare potest 1723: 74
§ 4.

Cehalium Statuta in medio
ipsorum valent IIIio: 257. - vide
Evangelici et Religionis exercitium.

Census Regius

Titulo sub hoc Civitates Lib. Reg.
ad Aerarium Regium contribu-
ere debent - Leges Patriae tamen
nullam faciunt mentionem.

Censura

Vide 1553: 24. nihil positivi in Co-
dice exstat.

Censores Diactalium Diariorum
per S. et P. comitialiter congregatos
eligi solent - usus.

Citatio

Vel evocatio eorum, quorum deten-
tio ignoratur etiam via Consilii
fieri potest 1807: 21 § 12.

Civitates

Civitates

Casu, quo aliquis Civis, sub aliquo Domino, seu Nobili in hoc regno, vineas, vel aliquas alias haereditates habuerit, et quidpiam in territorio huiusmodi deliquerit, aut aliquem damnificaverit; in tali casu idem Civis teneatur coram Domino illo terrestri sub quo haereditates habet jure stare 1498:38. §4.

Civitatum Lib. Reg. et Montanarum libertates ubique et per quoscunque observentur 1536:55. 1546: 50. 1550:78. 1554:23. 1569:57. 1630: 21. 1618:27. 1622:25, 1635:53, — 1638:35. absque tamen praeiudicio Constitutionum Anni praesentis et praeteriti 1609:34.

Civitates per Praefectos et Officiales Camerales in ipsorum juribus non turbentur iuxta Articulum 31: 1552 - 1618:27 et 1622: 25.

Neque nimiis Taxarum impositionibus graventur Nobiles ibidem habitantes

habitantes 1635: 21.

Jurisdictio earum salva et intacta maneat 1625: 43.

Civitates L. R. neminem praeter Regem pro Domino Terrestri recognoscunt, unde Regis et Sacrae Regni Coronae peculia nominantur 1604: 22.

Jure Patronatus utuntur 1687: 41.

Civitates violentias patrantes vide 1647: 81. 1649: 18.

Civitates in suis libertatibus conserventur, in quantum Legibus Regni et nobilitari Praerogativae non praeiudicarent 1649: 15. 1659: 129.

Non augeantur, ne forte quartus hic Status caeteros superaret, nisi magna faciant merita 1687: 17.

in electione Magistratualium imperturbatae relinquantur, neque Commissionibus Cameralibus, solo Casu necessitatis excepto, gravandae 1715: 4385.

Census regii, - quo titulo Civitates

Liberae

M. T. AKADÉMIA KÖNYV-TÁRA

Liberae Reg. ad Aerarium regium
contribuere debent, Leges Patriae nul-
lam faciunt mentionem.—

Civitates Vinorum pro Potu men-
sali nobilium inductionem praevia
consueta requisitione admittere tenen-
tur 1715: 36 § 6. 7.— 1647: 78 § 11.—
hoc idem de lignis 1649: 19.

In Civitatibus degentes Nobiles,
a tenutis, siquae habent, civilibus,
ad quaevis communia onera sup-
portanda sunt obstricti 1715: 77.

Civitates, homines vagabun-
dos ad Concivilitatem non recipiant
1729: 12.

Si violentias contra Nobiles seu
in, seu extra moenia perpetraverit
violentiali actione conveniantur; ita
videlicet, quodsi privatus Civis vio-
lentiam patret, tunc Magistratus
requisitus iuxta 29: 1609 impende-
re teneatur,— qui si iudicium impen-
dere nollet, teneatur coram Vi Comi-
te Comitatus nomine collectivo re-
spondere,— ubi autem Vicomitem
ad iudicandum intra Moenia ad-
mittere

mittere nollent, V. Comes extra moeni-
a eorundem in bonis Judicium im-
pendat, et de bonis eorundem no-
mine collectivo executionem faciat
1618: 60.

Ad officia sine discrimine Reli-
gionis individua apta eligant, neq;
ob odium Religionis vel Nationis
talem persequantur 1609: 44 sub
poena 2000 fl. vide etiam 1655:
34 et 1647: 78.

Civitates et Oppida: privilegia,
ta in res et personas Nobilium
nullam

MAGYAR KÖNYV-TÁRA

nullam habent Authoritatem 1647:
78 55. Servitores Nobilium non a-
restent – ibid –

Insolitis et praeiudiciosis oneribus
et laboribus Nobiles non aggravent
§ 10 – a curribus Nobilium nunquam
a Colonorum autem Civitatem in-
gredientium, in hebdomada uni-
us denarii pensionem solvant
semel; idque nonnisi in ipso fori
hebdomadalis consueto die: et hoc
ubi in usu fuit: et non ampli-
us exigant § 11. 12. –

Attamen

Attamen Nobiles in Civitate degentes et in Cives non recepti licet vina et frumenta sua sine Taxa importare possunt, educillare tamen vina sua nequeunt §13.

Ubi vero hactenus in usu educillationis liberae erant in eadem relinquuntur §14.

Statuta Civium contra Leges Regni facta Nobilem non obligant §19.

Executiones Judicum Ordinariorum et Comitatuum non impediant, - neque in peragendis inquisitionibus, testiumque examinationibus, ac aliis ipsorum functionibus, iis - dem semet Civitates adiungant, neque adiuncti admittantur §17.

in ferendis iudiciis legibus Regni utantur §18.

etsi in praemissis excederent eo pacto in poena violentiae per Comitem et Judtium convicti habeantur §20.

de caetero in suis privilegiis conserventur

serventur § 21.

Articulus 16 17ti 78vus ad omnes Civitates extenditur, et tempore bel, li inductionem et eductionem vinorum admittere debent absque dependione taxae 1715: 36.

Accisas a Nobilibus sub poena violentiae non exigant.-

Vice Comites in rectificatione mensurarum et ponderum procedentes sub poena violentiae non impediant,- Jurisdictioni denique Comitatus in praemissis et aliis praescriptis

praescriptis casibus subsunt 1715: 63.

Ubi de impositionibus aut quibusvis aliis oneribus agitur, Nobiles quos concernit tempestive certiorare teneantur, iustam proportionatamque subdivisionem mutua Consilia ineundo facturi - si vero quis Nobilium se gravatum sentiret, ad Suam Maiestatem recurrat, rationes autem omni anno Perceptores accersitis pro revisione quoque Nobilibus reddant 1715: 77.

Limitationi Comitatus semet accomodare

accommodare tenentur 1715: 63.

Civitates Lib. Reg. jus et justi-
tiam, per libere electum Magi-
stratum suum independenter
administrent III^io: 10.

Collectacula Militaria
vulgo Verbung

Rex more usitato instituere po-
test 1802: 183.

Comitatus

Synodus seu Congregationes in
uno quoque Episcopatu celebren-
tur; in quibus tam Comes,
quam
quam Comites et aliorum Magistra-
tuum dignitates et potestates ad su-
um Episcopum conveniant: ad quam
quicunque etiam sine Sigillo voca-
tus, non venerit, reus iudicio erit
Colom. Lib. I^o. Cap. 2^o. et 7. 8. 9. 10.
11. 12.

Statuta, sana inter se delibe-
ratione praehibita Legibus pa-
triis non adversa Comitatus con-
dere potest, et quidem cum maio-
ri vel saniori parte debet stabi-
liri sensu III^io: 2.

Honores

Honores Comitatus, nullus nisi Nobilis tenere potest Math. I^mi Decr. III^tii 1471: 15.

Judices Nobilium eligendi sint bene possessionati Sigis. Decr. 6^ti 1435: 2.

Item quod praesens decretum ab omnibus observetur: et quod ad singulos Comitatus scribatur, et deferatur idem Decretum, ad locum Sedis Judiciariae singulorum Comitatuum, quod in singulis Conventibus Nobilium interesit

terosit,- et Comites, V. Comites ac Judicium ipsorum Comitatuum, omnes et singulos articulos in eodem expressos, in illis rebus, in quibus ipsos tanguent, inviolabiliter observent, et per alios observari faciant,- omnes autem Contrarium facientes iidem Comites, V. Comites et Judicium tanquam communis Justitiae defensores; puniant poenis in ipso Decreto expressis. Et si qui a Nobis in Contrarium Decreti, pro eorum partibus

tibus litteras extraxerint, eadem non observentur. Caeterum si ipsi Comites vel V. Comites et Jud. tium in aliquo Contrarium decre, to facerent, pro tali eorum facto et perpetratione malorum, evocentur in Curiam nostram cum insinuatione: ubi vigore Litterarum nostrarum, in Contrarium Decreti a Nobis ipsis transmissarum, nunquam se defendere valeant; sed convincantur in facto potentiae Math. Decr. III.ii

1471:

1471: 31.

Comes cum Universitate Nobilium teneatur ex potioribus Nobilibus, et personalem ibidem residentiam facientibus, decem, vel duodecim, aut octo et eo plures vel pauciores iuxta exigentiam Comitatus eligere: et illi dumtaxat debeant et possint ad faciendas inquisitiones, evocationes, executiones etc. etc. proficisci Mathiae I.ii Dec. 6ti 1486: 8. – abrogatur per Vlad. II.ii Decretum I.imum

M.T. AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

I.um sive Mainz 1492: 53.

Quia in quolibet Comitatu Nobiles, qui cæteris, et conditione, et facultatibus reperiuntur inferiores, pro Judicibus Nobilium eligi consueverunt, quo fit, ut plurimae levitates, timore, favore, et præmio, per illos committuntur. Eam ob rem Statuimus, prout etiam temporibus quondam Serenissimi Domini Sigismundi Imperatoris, et aliorum Regum observatum

fuisse plane constat; quod deinceps non tales, sed boni et digni benequè possessionati Nobiles, in quolibet Comitatu ex residentibus eligantur, Math. Dec. 6ti 1486. 9 et 1492: 34.

Telonia, Comitatus revideant, et Comes cum electis Nobilibus rectificent, et taxis tam de exactis, quam etiam de expensis satisfacere teneantur. Si vero incorrigibiles forent teloniorum domini; prohibeat Comes, ut ibi ulterius tribu-

M.T. AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

tum

tum exigere non præsummant.
Math. Dec. 6ti 1486:35.

Comites singulis Comitatibus præponantur, qui vel Barones vel alii notabiles et conspicui viri sint; et hi, Vi Comites sibi, notabiles viros cum nobilibus eiusdem Comitatus eligere, ex eodem Comitatu teneantur Math. D. 6ti 1486:60.

Arma deponat, qui sedem Comitatus ingreditur Math. D. 6ti 1486:65- Ttad. 2i D. I. 1492:79.

Violationis

Violationis Sedis pœna 25 marca Ttad. IIi D. Ii 1492:67.

Vi Comites in executione turbantes puniantur Ttad. 2i Dec. I. 1492: 75.

Vi Comites Comitatuum semper debent de eodem Comitatu, ex potioribus Nobilibus Ttad. 2i Decr. I. 1492: 80 82.

Vi Comitis Authoritas quoad telonia et naula Ttad. 2i Decr. Imi 1492: 87. 88- 1550:67- 1556:36- 1618:17.

Comitatus

Comitatus honor / seu dignitas Supremi Comitis / ecclesiasticis personis non conferendus; nisi privilegiatis, a Sanctis et primaevis Regibus 1498:57.

Comitatus, Contributionem vel subsidium, domi, privatim, sub poena fidefragii, amissioneque honoris non offerant 1504:1.

V. Comites cum consensu Nobilium eligantur 1504:2.

Comitatuum honores a modo deinceps, in perpetuum non conferantur 1504:3, neque exteris deferantur 1553:30.

Comites et V. Comites executionem facere negligentes puniantur 100 fl. auri 1504:9.

V. Comites non per Comitem solum, sed consensu totius Comitatus, iuxta Regni decreta eligantur, et nisi iuraverint, iudicio illorum nemo parcat; nec illius juris administratio locum habeat 1548:70.

Comitatus singuli sigillum habeant; quod in Arca sub sigillis V. Comitum

nitum et Judicium ac Juratorum servetur 1550:62. nunc Ord. Vomes solus apud se servare solet.

Comites in ipsis Comitatibus, quibus praesunt bona habeant et juramentum de more praestent 1554: 19_ 1559:53_ 1647: 75.

Jam Spirituales, quam Laici studeant officio utrique eorum facere satis; neque alterutra pars in alterius Officium se ingerat 1556:25.

Comitatenses Officia nolentes assumere puniantur iuxta D. Sigis, mundi

mundi 6tum 60, 25 marcis,- iuxta 6tum Hathiae Art. 9um marcis 50,- iuxta Ttad. Decr. 1.um Art. 34. Marcis 25_ et ad hunc postremum articulum alludit 1559: 54.

Non existente supremo Comite, licet Vomitibus, in promulgandis sedibus, pro administratione Dicae necessariis, et aliis etiam juridicis administrationibus et executionibus procedere 1578: 4.

Vias publicas ad justam mensuram dilatare tenentur Vomites

tes 1597: 45. et reparari faciant 1598: 30 - 1599: 30 - 1600: 18 - 1609: 18 82 - 1618: 17.

Contra Constitutiones Comitiorum domi Comitatus nihil decernant 1597: 46 - 1599: 23. -

Assessores ex potioribus eligan„ tur Nobilibus 1613: 24.

Comitatus victualia limitat, vi„ de Limitatio. -

Supremorum Comitum Officia minorennibus non Conferantur, ne„ que talibus, qui in Comitatibus bo- na non habent 1638: 33 - 1647: 75.

In collatione Officiorum Supremo= rum Comitum Art. 19: 1554 observe„ tur, et nonnisi unus Comitatus, per„ sonae bene meritae conferatur, ac in eodem Comitatu possessionatae iuxta Art. 33: 1638 - 1647: 75.

Supremi Comites Nobiles Comi„ tatuum, quibus praesunt, in suis libertatibus quovis exquisito sub pre„ textu non opprimant, aut quodam= modo contra prarogativam Nobili= tarem non molaestent sub poena

Art. 33

Artz. 66: 1548 expressa 1647: 76.

Comes, contra quem per Universitatem Nobilium certa et vera querimonia delata fuerit, officio privetur; et loco eius alius idoneus praefigatur 1536: 36.

Restauratio omni tertio Anno fiat et incompatibilia officia per unam eandemque personam non gerantur 1715: 123 § 5.

Comitatus invigilet, ne Dominus subditum suum extraurbarialibus exactionibus opprimat 1723: 18 § 3.

4.—

4.— vide etiam 1715: 101.—

V. Comites citra, vel contra publicas Comitatenses Dispositiones, qui pro damnosis et arbitrariis dispensationibus pro se, vel aliis, nihil committere et erogari facere praesumant 1723: 63 § 13. vide Contributio.

Invigilet Comitatus, an Tutores et parentes Proles et Pupillos suos rite educent 1723: 105, etsi Comitatus eatenus non providerint, Consilium Regium eosdem admoneat ibidem. vide etiam 1715: 68 — et 176 4/3:

1764/5: 26. I^ae: 115.

Domi delitescentium bonarum Familiarum filios Comitatus Consilio Regio indicere debet; ut Suae Maic, stati Ll. demisse proponi, et pro exi, gentia qualitatum suarum ac= comodari possint. 1723: 105.

Supremi Comites nisi publicis ser, vitiis praepediretur in Comitatu resideant - Restaurationem omni triennio servent - candidentur ido= neos possessionatos - et Magistra, tus cum consensu totius Comita, tus

tus eligantur 1723: 56. 58.

Ad praecavenda incendia omnes meliores praecautiones instituant Comitatus 1723: 109.

Filios excedentes Authoritate sua coërceant 1723: 111.

Ad tollenda quaevis publicorum et distaliter conclusorum effectum remorantia impedimenta; Cottus Consilio Informationes suppedita= bunt; quas si dare omiserint; Con, silium Suae Maiestati repraesen, tabit, ut congruum possit ordina=

re

re remedium 1723: 12.

Archiva Comitatus regestrent secus 500 fl. poenam tenent 1723: 42, 43, 45 - 1765: 11 - 1807: 14.

Ordinarius V. Comes in quolibet Comitatu unus sit, etsi necessitas deposceret Substitutus ei adiungatur, salvo caeteroquin Articulo 56: 1723 - 1729: 15.

Erga Mandata requisitoria Litteras extradare sunt obligati sensu 1764/5: 11. -

Comitatuum, cunctarumque Regni

Regni Jurisdictionum Legalis consistentia et Activitas salva pronuncia-
tur 1790: 14.

Comitatus regestrum Nobilium conficiant &c &c 1808: 382.

Magistratuales super excessibus poenam poscentibus incusati, ad re-
cipiendas poenas: quas inter inha-
bilitas ad Officia refertur: / Acto-
re Fisco Magistratuali lite con-
veniantur, indiciumque in Ordi-
naria juris via recipiant 1805:
586 - neve ad simplicem delatio-
nem

nem quis Officio privetur 1790:18.

Congregationes Comitatuum publice serventur, Prothocolla ante dissolutionem perlegantur, Particulares Congregationes, vel Supremi Comites determinationem Generalis Congregationis non immutent – Conclusis vero Absentes se accommodare tenentur 1723:56. 58.

Magistratus in obversum Determinationis per Universitatem latae effectuare nihil tenetur 1723: 58.

Comitatus Determinationi mos gerendus 1723:58.

V:Comites vias pontesve revideant 1601:22–1602:15.

Cassae Domesticae Comitatuum ipsos gremiales S. et O. respicient 1764/5:21–1715:57,– attamen benignis dato 10ma Augusti 1824 Ao 19764o via Consilii R. L. editis Ordinibus, in praeliminari erogationum Cassae domesticae designatione tantopere coärctantur

tur Comitatus; ut assignantes, seu ad Determinationem Congre, gationis influentes, quin et ipsum huius praesidem, nisi determina= tioni eiusdem obstiterit, aut ef, fectum eius suspenderit, man= suro arceantur.=

Statuum Casa ipsos Nobiles Comitatus respicit, et eorum Dispositioni subest 1486: 84.

V. Comitis Activitas in suffe, rendis siccis Teloniis et non ne, cessariis pontibus 1723: 15.

Correspondenti inter Comitatus sen, su Resol. Reg. dto 22do Junii 1792o e= manatae admittitur, per Resolutio, nem Regiam S. et O. dictaliter congregatis transmissam dto 7o Novembris 1825.

Judices Comitatenses singulo An, no, penes Elenchum universa Ac= ta Officii in Origine ad Archi= vum Comitatus resignare tenen, tur. Et ideo Actuum Judiciario, rum nonnisi genuina exempla, ria partibus extradant 1729: 25.

Comitatus.

Comitatus provisi esse debent
Domo Cottensi, ab omnibus datiis
exempta 1723: 73.

Debita per quosvis Officiales
nomine Comitatuum contracta
si ad publicos fines conversa
sunt, exsolvantur; secus solvant
ii, qui contraxerunt 1723: 84.

Intabulationes fiant 1723: 107.

Domini Terrestres pro Cottu
erga pretium fundum cedant
sensu 1723: 73.

Domus Comitatensis in
quantum
quantum fieri potest, in meditullio
Comitatus sit 1723: 73.

Magistratum laedere est crimen publicum Prot. Tit. 2° § 3 in fine. –

Comitatuum Authoritas, quoad Opifices Lib. Reg. Civitatum limitationem excedentes definitur 1659: 71. vide Limitatio. –

V. Comes in sedibus Dominalibus praeses esse non potest 1723: 28 – 1795: 22 – vide Contributio et Libertini. –

Comitia.

Comitia

Et tandem ea, quae hac in parte, in ipsa Congregatione Prælatorum, Baronum, et Regnicolarum deliberata fuerint et concluſa firmiter obſervabit /: nempe Rex :/ Ladislai Poſthumi Decreti I.i 1453:3.

Propoſitiones regiae proferenter in Comitiis pertractandæ Ittad. 2i Dec. I.i 1495:25 §3.4 — 1662:1 - 1790:13 facto tamen ab his legibus receſſum eſt ſub Comitiis Comitiis Anni 1827.i vide Acta Comitiorum Tomus I.us pag. 51. -

Comitia uno menſe citius notificentur et publicentur Ittad. 2i Dec. II.i 1495:25 §6. — Sex hebdomadis prius publicentur 1625:61. -

Singulo triennio in Campo Rákos celebrentur Ittad. 2i Dc. III. 1498:1.

Comitia omni triennio celebrentur: ut vel ſic deſideratiſſima Suae Maieſtatis praeſentia ipſis /: nempe SS. et OO. :/ frui

frui subinde liceat, atque permittantur 1635:94. et 1647:5° inserta Pacificationis Lincensis §12. - 1647:154 - 1655:49 - 1715:14 - 1723:7 - 1790:13. 1827:5.

Praeter Praelatos, Barones, seu Magnates, Nobiles et Lib. Regias Civitates, tamquam Regni Hungariae S. et O. per regales nemo advocetur 1608:152. 3. post coronz: vide hic plura de Ordine Comitiorum, et 1687:10.

Additamenta et diminutiones, Constitutionibus

Constitutionibus, seu Articulis S. et O. Suae Maiestati pro Confirmatione porrectis aut porrigendis non committantur 1618:28.

Comitia quiete et iuxta publica Regni Statuta peragantur, nullae contumeliae, in loco publici consessus admittantur 1625:62. vide etiam 1723:7.

Leges et Statuta condendi Authoritas, Regi cum Regno libera est, neque alia quemquam ligant, quam quae sensu II°:3 et III°:

M.T. AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

2. emanatae fuissent 1635: 18. vide Legislativa potestas et Rex.

Ad Comitia per Regales vocati, et tardius, vel plane non comparentes mulctentur sensu Arch. 1: 1498ti nempe Praelati et Magnates 300 fl. auri — alii vero 400 fl. auri — 1635: 79. 1662: 53. —

Agendi libertas et potestas, cum solita ab antiquo libertate fiat, in Comitiis, 1647: 5to inserta Pacificationis Lincensis

§ 12.

§ 12. —

Sub Comitiis munera dantes, quam accipientes poena infamiae notentur 1649: 44.

Comitia pro compendiandis regnicolarum sumtibus, quantum per temporum circumstantias licuerit etiam Budae celebrentur 1764: 2.

Sub Comitiis Gravamina semper tollantur 1796: 13. vide Gravamina. —

Comitia sunt opportunissimum medium

medium, Statui Publici, Securitati item internae et externae consulendi. Praefatio Articulorum Anni 1802ni.

Interpretatio Legum dubiarum fit cum communi S. et R. ac Regis consensu dietaliter congregatorum. Diploma inaugurale M. Theresiae 1741 art. 2°. inseritum S 7mo et 8°, item 1741: 8 et 1790: 12.–

Comitia ultra bimestre non protrahantur 1649: 44. Ttlad.

Decr. I: 108– nisi necessitas postulet 1723: 781.

Vota in Dieta excipit Jani, tarorum Regalium Magister Ttlad. Decr. II: 25.

<u>Vide Legislativa potestas</u>

<u>Lex, Rex, & Gravamina.</u>

Si coalitio de aliquo obiecto in Dietalem pertractationem assumto nec in observanda mixta Sessione obtineri posset, extraordinaria quidem via, exemplo tamen, Anno quoque 1741 declarata

claratae Statuum & Ordinum coa-
litionis, non carente, consequenter
via legali, ductu Artz. 36: 1542
sed praecipue 84: 1550 rebus Pa-
triae, apud Principem consulere
possunt SS. & OO. comitialiter
congregati. Vide Acta Comitio-
rum Anni 1827ti Tomus Iuus
sepio 41. pag. 136.

Commercium

Mercatores, ad id solum ut di-
tescant, venalium rerum dedi-
ti Studiis; pristina duppliceni tri-
buta.

buta: pauperiores vero, qui de mer-
catu vivunt solita tributa per-
solvant. Colomanni Lib. Iti Cap. 33.

Commerciorum, vicinitatis, et
amicitiae jura inter haec Regna
nempe Bohemiam, Moraviam
etc. etc. et Provincias constanter
colantur 1622: 26.

Merces Publico damnosae
et inutiles in Regnum non indu-
cantur, et Mercatores Publico
utiles omnimode protegantur
1723: 116. 117.

Mercatores

Mercatores libros Mercantiles
rite institutos servent 1723: 53.

Mutuum Commercium inter
Nationes ac Provincias sine se-
curitate Crediti subsistere ne-
quit, - item Judiciis exteris Cam-
poralibus semet subicientes
quomodo tractandi 1792: 17.

Commercium per portum
Buccari reseratur 1764: 31.

Commercium promoven-
dum est 1807: 5. 19.

Frugum evectio sine gra-
vissimis vissimis, quae illam sisti suadeant
Status rationibus nunquam pro-
hibenda; - et praevie semper per
Suam Maiestatem Dicasteria
sua Hungarica audienda 1807:
6.

Commissarii
& Commissio

Commissarii regii, si ad publica
negotia exequenda dimittantur;
nihil violenter et iniuriose a-
gant, - secus serio et reipsa pu-
niri faciat Sua Maiestas 1559: 7.

Regnicolae

Regnicolae extra legitimos juris processus, Commissionibus inviti non graventur 1649: 42.

Commissionibus Cameralibus so, lo necessitatis casu excepto, Civitates Lib. Reg. non graventur, nequidem occasione Restaurationis Magistratualium 1715: 36.

Bellici Commissarii sint quoque Hungari 1792: 8 § 4. et 1741: 42.

Comitatus contra tenorem Articuli 42: 1649 - Lib. Reg. Civitates vitates vero contra mentem 36: 1715 Commissionibus non graventur, et Commissarii sint viri conspicui 1805: 5 § 3 et 4. -

Compassuales

Peragendae executionis causa via politica ex uno Comitatu ad alium mittuntur Ntae. Decr. 7: 8 - 1723: 32 in fine.

Confinia

In omnibus negotiis cum Servitio militari nexum non habentibus, legibus Regni subsint 1635:

1635: 39. 75 – 1669. 55 – 1647: 58 –
1659: 21 – 1723: II.

Confiniarii Milites Nativi,
e Confiniis extra Regnum non
educantur 1647: 63. –

Nobiles et Cives in Confiniis de-
gentes a solutione telonii et nau-
li quomodo immunes? et quando
taxandi 1790: 64 et in eo citatus
1618: 59, item 1802: 28.

Præfecturae Confiniorum
Hungaris conferantur 1608: 12
ante coron.

Secundum

Secundum Regni Leges guber-
neritur in non militaribus 1655:
7. vide 1827: 3.

Confinia citra ullam a Con-
silio Bellico dependentiam, Au-
thoritati Palatinali, cui cae-
teroquin, qua Generali Regno
Capitaneo, defensio regni in-
cumbit, subesse dicuntur 1555:
1. 2. vide etiam Militia.

Conscriptio Regni

Pro portarum adiustatione or-
dinatur 1827: 7.

Consilium

Consilium
Consiliarii

Siquis igitur insanies, importu-
nitate, improbitateque sua Re-
gem a recto proposito pervertere
tentaverit, nullisque remediis
mitigari posse visus fuerit, licet
obsequiis aliquibus et transito-
riis sit necessarius; abscinden-
dus ab eo, proiiciendusque est,
iuxta illius Evangelium „Si pes,
manus, aut oculus unus scanda-
lizat te, erue eum, et proiice

abs

abs te„ S. Steph. Lib. 2° Cap. I° §. 4.

Consiliarii sint Hungari Vlad.
Decr. I^is 1490: §. 10.

Dum de rebus et negotiis hun-
garicis agitur, Rex Consiliariis Hun-
garis tractet et consultet Vladis.
II^is Decr. I^is seu Maj. 1492: 7. 1559:
8.

Siquis in Consilio Regiae Maie-
statis, contra libertatem et commu-
ne bonum, atque Statuta huius
Regni, palam, publice, et teme-
rarie agere attentaret; talem te-

neantur

neantur Domini Assessores in generali Diæta proxime semper ventura, universis Dominis Præla-tis, Baronibus, ac cæteris Regnicolis ex nomine manifestare. Quem ibidem tanquam Reipublicæ, libertatisque proditorem et turbatorem, in rebus et persona, iuxta sua demerita, iidem puniendi habeant facultatem 1507: 7 et 8.

Consilio Hungarico utatur Rex, cum quo etiam de Regni bellicis rebus et aliis Consilia ineat 1569: 38.

Exteri Consiliarii non applicentur 1608: 10 ante cor. 1609: 22. et sint possessionati 1741: 11 § 6.

Consilium Hungaricum, cum Palatino, absente Rege, plenarie, ac omnimode, ac si Rex ipsemet hic resideret, regendi ac administrandi s. more antiquitus solito: habet facultatem 1608: 18 ante cor.

Consilii Authoritas conservetur 1609: 21 § 2 - 1613: 25 post cor. 1618: 8 - 1622: 17 - 1630: 29.

Consilio

Consilio bellico duo adminimum Hungari adiungantur 1649: 8.

Ex Consilio Hungarico, sua Ma, iestas Capitaneatus vacantes con, ferre dignetur 1649: 9.-

Consilium Negotia Hungarica tractet 1662: 4.

Consilium Regium ex præsi, de cum Palatino, cum 22 Con siliariis, ex omnibus Regni par, tibus, per Regem ex nunc, et in futurum denominandis consist et Salarium ex proventibus re, galibus

galibus consequantur 1723: 97. 1741: 11.

Consilium utatur Sigillo, cum circumferentia aquillae, in medio autem Insignibus regni proviso 1723: 98.- vide hic de expeditionibus adhuc plura.

Contra positivas Patriae Le, ges nihil determinet Consilium, et diaetales Conclusiones, per eos, quibus incumbit effectui manci, pari faciat 1723: 102.

Consilium invigilet an Co= mitatus

mitatus, in parentes et Tutores educationem prolium ac respective pupillorum negligentes severe animadvertant? et siqui negligentes fuerint eosdem admoneat 1723: 105.

Consilio incumbit invigilare, an ad praecavenda incendia omnes meliores praecautiones per respectivas Jurisdictiones factae sint 1723: 109.

Consilii antiqua Activitas restabilitur, et tenetur Regi repraesentare, si contra spem illegalia Mandata expedirentur; Sua Majestas vero pro regio munere suo, factaque solenni de Legibus observandis sponsione, talium remonstrationum justam reflexionem habitura est; Comitatuum, cunctarumque Regni Jurisdictionum legali consistentia, et Activitate alioquin salva manente 1790: 14.

Dicasterialia Individua ad Leges quoque Regni observandas iu-

rent

rent 1790: 18.

Consilium Regium dirrigit postas 1790: 22.

Consilii Activitas etiam quoad Regna Croatiae, et Sclavoniae et Dalmatiae extenditur, salvis eorum municipalibus Negotiis, quae in Generalibus eorumdem Regnorum Congregationibus, quae cum praevio Annuitu regio celebrandae venient, pertractandis 1790: 58.

Iuridica obiecta ad Sphoram, et politicam pertractationem pertrahi non possunt 1543: 33 – 1566: 25 – 1647: 137 – 1741: 13. –

Consistentia Consilii definitur 1609: 21 – 1622: 17 – 1723: 101, 102.

Consilium tantum Legibus conformia Mandata dimittere valet 1790: 14. vide plura hic.

Conclusa diatalia effectui mancipari faciat 1723: 102. 1741: 11 et 1752: finis.

Conclusa per pluralitatem votorum in Consilio, extra Consilium

silium nemini immutare licet 1723: 102 § 2.

Contra Leges Patriae nihil determinet 1723: 102 - 1741: 11 et 17.

A nullo Dicasterio Aulico dependet 1723: 101 § 1. 2.

In rebus Statum publicum concernentibus cum vicinis provinciis et Regnis correspondentia, as fovere nequit, sed Sua Maie, stati repraesentare debet 1723: 101 § 4.

Si momentosae adsint Causae

sae, et de rebus ac securitate Regni agitur, tunc Palatinus, Primas, Banus, aliive Proceres, quo maiori potest numero ad Consilium vocandi 1741: 11. scilicet in extreme urgentibus casibus § 3.

Consuetudo

Vim Legis habet III^tio: 2.

Antiquae Consuetudines servandae Ttad. Decr. 3^tii: 6.

Irrationabilis et nociva tolenda Ttad. Decr. 3^tii: 6 - 1439: 4 - 1635: 18.

Consuetudo

Consuetudo inducit jus obligans Prolog. ff. 12 uno tamen actu et exemplo induci nequit, ibidem. – et debet esse approbata 1723: 3. vide etiam usus.

Contributio.

Item, quod nos, de cætero, nullam dicam, sive Taxam /: præterquam Lucrum Camerae :/ generaliter a Regnicolis, propter aliquam causam exigamus, aut exigere faciamus, præter voluntatem eorum et Consensum Statuq I.ii

M. T. AKADÉMIA KÖNYV-TÁRA

I.ii Decr. III.ii 1471: 11.

Antiquis, iustis, ordinariis et consuetis proventibus regalibus Sua Maiestas sit contenta Ultav. Decr I.ii Raj. 1492: 153. –

Contributionem, vel Subsidium domi, privatim, Comitatus sub poena fidefragii, amissionequc honoris, Regi non offerant 1504: 1. confer. 1790: 19.

Contributio in nullos alienos Usus, quam militum Hungaro, rum convertatur 1598: 9. –

Contributionis

Contributionis Materia diuta-
liter cum SS. et OO. deliberanda,
et ab una Diaeta ad aliam deter-
minetur 1715: 8 §2 - 1790: 19 - 1827:
4.

Contributionales Reſtantiae in
futurum studiose non accumulen,
tur, vel propriae Comitatuum
impositiones et Taxae, cum mili-
taribus Contributionibus non con,
fundantur, nec mixtim exigi
permittantur 1715: 57 §1.

Contributionis repartitio
per

per Magiſtratum Comitatensem
fiat 1715: 80 §1 - vide etiam 1655:
31, qui hic loci renovatur.

Repartitio Contributionis ex-
tra generalem Congregationem
non immutetur 1723: 63 §18.
vide hic plura de officiis Der,
ceptorum et de manipulatione.

Non reſtantes Contribuentes
ad supererogandum non adigan,
tur, nisi reſtantiarii suam ob-
tingentiam persolverint 1723:
63. §23. 24. Ex bonificandis ve,
ro

ro supererogationibus aut quibusvis aliis expensis, primum quidem supererogantes, dein obtingens suum exsolvens, non item restantiarii proportionate participare debebunt §25.

Contributionis repartitionem Magistratuales, vel alii ad id per Comitatus deputati, aequam et iustam faciant, statim sub initium hybernalium mensium pro toto Anno; hanc dein Comitatus curet improthocolla-

ri; et taliter repartitionem Percceptoribus suis Authentice extradari; et non tantum eandem per Comitatum publicari, sed et Perceptores, quamprimum, ac anse omnia cuilibet Villae obtingens, in libellum extenus praeparatum, pariter et exsolutionem, stato suo tempore gratis inscribere tenentur. 1723: 63 §17.

Contributione a nonnullis pagis vel etiam Districtibus exacta, aliorum restantias in alte-

rius

rius tempus remittere, ac per id, morosorum accumulatis restan„ tiis §: interdum etiam supererogatorie ad solvendum adactis: §op= primere non audebunt Perceptores 1723: 63 § 23. 24.

Contributioni subiecti; a pro„portione facultatum suarum aequaliter ad ferenda publica onera, et per consequens ad do„mesticam quoque Comitatuum Cassam concurrere debent 1764 §: 26.

Contributio Regni Croatiae, et Srium Superioris Sclavoniae Comitatuum Zagrabiensis utpote, Crisiensis, et Varasdiensis, in posterum, semper in Diaeta Regni Hungarici pertractetur, neque extra Diatam augeri potest 1790: 59.

Contributionem defigere= Insurrectionem convocare possunt etiam Palatinus= Primas Regni, item Prælati et Barones, Tabula Regia, Comitatusque et Lib. Reg. Civitates, in quantum

et

et quo frequentiori numero fieri
potest in Particulari etiam Con,
ventu congregati, - ubi vel inopi-
a hostilis in Regnum Hunga,
ride irruptio, vel flagrantis di-
recte Regnum hoc tangentis
belli ratio Ordinarium diacta-
lem concursum impediret 1715:
8. modificatus per 1741: 22. -

Contributio ad tres Annos,
usque ad futura intra trienni,
um inomisse celebranda Comi-
tia offertur. Vide Acta Comi,
tiorum

tiorum Anni 1827ci Tomus 2.us pag.
801a Sensum repraesentationis dto
7o Januarii et 24o Martii 1827ci
pag. 1000a

Loca deserta, Villici et Mo-
tensina non contribuunt Hath.
Decr. 4ci : 4.

Ab imputatione Contributio-
nis, extra Comitia exactae SS. et
OO. recedunt 1827: 6.

Eximuntur a Dica per tri-
ennium quorum domus recen-
ter conflagrarunt, vel qui loco
deserto

deserto aedificia posuerunt – item Servitores Dominorum, Allodiato, res, Postarii 1547: 10 – 1566: 8 – 1659: 67 – vide etiam Libertini.

Crimen laesae Majestatis.

Vide S. Steph. Lib. II. cap. 51 et Co, lomanni Lib. II. cap. 6.

Poena est amissio vitae et bo, norum ac propriam delinquen, tis portionem pertinentium 1715: 7, 9, confer cum 1790: 56.

KRÁLOVSKÁ KNIHOVNA

Coronatio

Coronatio
Diploma inaugurale

Quoties novi Regis Coronatio suscipitur, totiès praemittendam habet Diplomaticae Asseciationis acceptationem, deponendumque ju, perinde juramentum in ea, qua a Majoribus praestitum est for, ma, et intra Regnum fiat in, auguratio 1687: 2. 3. – 1723: 1. 2. 3. 1454: 10. – 1453: 1. – I^{mo} titz. 4. 12. II^{do} titz. 14 – 1741: 4 – item Dipl, ma inaugurale Annni 1741 § 7.

et

et Anni 1715: SQ etcr.

Coronatio necessaria, quoniam Nobiles nullius, nisi Principis legitime Coronati subsunt jpso testati Iae: 4 et 9. neque Privilegia non coronati Regis valent Iae: 4 _ IIae: 3 et 14 _ 1741: 4 _ 1791: 3 et 32.

Cum singula regiminis mutatione intra sex mensium spatium a die obitus Regis computandum, legali ritu Coronatio suscipienda est, atque haec

Constitutio

Constitutio in omne avum perdu, ret 1791: 13. vide 1687: 23. 1715: 2. - 1723: 3. _ 1741: 4.

Inaugurale Diploma regnante Augusta moderna domo sq, pius mutabatur _ extendebatur vel modificabatur, 1790o Anno enim, Art. 3 8vus 1741i, diploma, ti primo insertus est; - imo etiam Diploma Anni 1792i, aliter est concinnatum et modificatum quam illud de Anno 1792o. -

Inaugurale

Inaugurale Diploma est verus et una indissolubilis ille nexus; quo regnicolae cum Rege firmiter con, iunguntur. –

Serenissimus Dominus Ferdi, nandus in Regem Hungariæ coro, natur 1830: 1. vide et hic jura, menti contextum. – A die vero aditus reginimis intra semestre spatium convocanda sunt Regni Comitia 1830: 2. – Honorarium Eidem Maiestati offertur Artz. 3^ia et honorarium hoc per Suam Maiestatem Neocoronatum Re, gem, in publico fines dicatur ibidem Artz. 4^a.

Coronae Haeres

Constanter inter fideles suos Hungaros resideat, et Linguam Hungaricam condiscat 1550: 5. 1569: 33.

Corona

Coronae Conservatores

Nos ergo volumus, ut debemus de pari Consensu, et voluntate Prælatorum et Baronum ac Regni

Regni nostri Nobilium hoc in lo-
co providere; circa debitam Custo-
diam et Conservationem ipsius
Coronae Sacrae; locum alias con-
suetum et ipersonas ad id ido-
neas: ne, quod Deus avertat, /
ipsa Corona iterato ab hoc Re-
gno alienetur Hath. I.i De. 1464.
2. –

Conservatores Coronae S. et O.
comitialiter eligunt – et Coro-
na in Hungaria maneat U-
tad. Decr. Ii 1490 §4. – Inau-
gurale

gurale Diploma Maria Ther-
siae Anni 1741 §4

Coronae Conservatores non
sint Prælati, sed solummodo
Domini Barones et Sæcula-
res Utad. 2i Dec. IIIi. 1498: 25.

Coronae Conservatio, duobus
saecularibus per S. et O. eli-
gendos, committenda 1500: 23. –
item Inaugurale Diploma Ca-
roli Vi 1715 §6.

Corona S. e Regno non ef-
feratur. Diploma Leopold. Ii

Conditio

Conditio 10.a

Corona Budae asservetur 1790: 6. - et una cum caeteris Clenodiis a duumviris, qui regni regnoque iureiurando adstricti sint, custodiatur 1715: 38. - vide in fine eorum juramentum. Vide etiam 1751: 4.

Corona Regni absque consensu SS. et OO. aliorsum e Libera Reg. Civitate Budensi non auferatur 1790: 6. -

Coronalia

Coronalia Bona

Perpetuas vero Conditiones, vel impignorationes juriium regalium et Coronae, nec cum Consilio, neque sine Consilio quorumcunque faciemus. Alb. Decr. 1439: 1651. item Vlad. Decr. I.i 1490: 85.

Proventus regales, Rex, sine consensu et deliberatione sui Consilii ordinati, nemini inscribat, qualicunque necessitate urgente 1514: 2. 3. 1715: 34.

104

1614.- 1751: 25.

Bona et proventus ad Coronam regiam pertinentia recen-
sentur ad omne deinceps tollendum dubium 1514: 3.

Bona haec, nulli Regum, qualicunque necessitate adurgente, prout in Decr. Alberti Art. 16. patet, impignorare licet, - neque ad fodinas et Griccsi, mas pecuniae mutuo levari possunt 1608: 22 ante cor. et qui dant, amittant summam qua foeneratores - ibidem. -

Croatia &c.

In suis antiquis, bonis libertatibus, Consuetudinibus et juribus conservantur Hath. I. Dec. II. 1464: 13. Vlad. Decr. I. 1492: Art. I. Nobilium Regni Sclavoniae - 1600: 27 - confirmatus per 1649: 33 et 1687: 22.

Praeter Catholicos nemo possessorii capax in his Regnis 1687: 23. 1741: 46.

A supportandis hybernis transennis

transennis et Condescensionibus Militaribus, fundamento benigni Diplomatis Leopoldini, extra Casum summae urgentis necessitatis liberi pronuncian, tur 1741: 48.

Nomine Hungarorum venieunt 1741: 61.

Modus insurgendi Art. 66. 1687 praescriptus pro Croatia, Sclavonia, Dalmatia observandus statuitur 1741: 59.

Cumani vide Jazyges

Decima

Decima.

